Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Evangelienlesung nach Lucas

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

animi uitia · corporis merore monstren
tur; si uexatus est animus · lugeat
corpus; quoniam quotiens corpus in cau
sa est · animus mestitia condolescit.
certe quale est corporis uitia sine animi
conpassione ēē n̄ posse animi uitia cor
poris conpassione priuari · pariter etenim constent
ut pariter ueniam consequantur; quoniam
utrosq; simul aut beneficio foueri ·
aut iniuria uexari necesse ē; nec eni
aliud est homo quā corporis animi
que concretio; hec eni duo quantū de
finitionibus differunt · tantū hominē
dū iunguntur efficiunt; ut eni inuita
separari n̄ possunt · ita nūquā boni
malique merito separantur; ut enim
non potest a corporis bonis animus
separari · ita ab animi malis corpus
non potest dissociari; si enim in di
iudicio utraque substantie aut
supplicio aut premio expurgentur ·
cum & in isto seculo pariter aut mesti
tia aut laetitia perfruuntur; unde
tibi xpiane excusatio nulla est · qui
post seruitutē liberatur et post
captiuitatē redemptus p̄ uexationē cura
tur · p̄ interitū restituitur; habes in moni
tis quid exerceas · habes exempla que ti
meas; ad ee eni nec fallacia diaboli
norat · nec decepti cuius quā ca su
deflerat; qui quidem forsitan por

s& euadere nisi prior cū hoste dum
confligit occūberet; etiam instruit
dns · tibi gestorū exempla proposuit.
ecce inquid sanus factus es · iam noli pec
care · ne quid tibi deterius fiat; noli
inquid peccare post ueniam · noli uul
nerari post curam · noli sordidari post
gratiam; cogita inquit · o homo graui
orem culpā esse post ueniam · renouatū
uulnus peius dolere post curā · moles
tius hominem sordidari post gratiā;
querere indulgentiae ingratus est qui post
ueniā peccat; sanitatis indignus est
qui sem& post quā curatus est uulne
rat · nec munditia meretur qui se ipsū
post gratiā sordidat; porro qui post
absolutionem non peccat · meretur
& premium; qui post curā cautus est
sanitatis possidet donum; qui gratiam in
lesā tenuerit aeternitatis accipi & regnū; gra
uee eni hominē instructū delinquere;
grauius iam absolutū peccare; seruo peior
est · qui patronū post datā libertatē
offendit; beneficii ingratus est qui da
torem tumoris arrogantia despicit;
quare aut salutē de exemplo adquire;
aut de consortio similem sententiam & ue
ne seuerum sentias iudicem · qui benig
num contempseris peruasorem;

Item de eodem die unde supra
Lec̄ sci euangelii secd̄ lucā

In illo tempore dixit ihesus turbis similitudinem hanc. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est. et volucres celi comederunt illud. et reliqua.

OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE

Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis expositione non indiget. sed admonitione. quam enim per semet ipsam veritas exposuit. hanc discutere humana fragilitas non presumit. sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeamus. quia si nos vobis semen verbum agrum mundum volucres demonia spinas divitias significare diceremus. ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. unde idem dominus per semet ipsum dignatus est exponere quod dicebat. ut sciatis rerum significationes quaerere in his et quae per semet ipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit. quatenus certos vos redderet. cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi umquam crederet. si spinas divitias interpretari voluissem. maxime cum ille pungant. iste delectent. et tamen spinae sunt quae cogitationum suarum punctione mentem lacerant. et cum usque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco alio evangelista testante nequaquam dominus divitias sed fallaces divitias appellat. fallaces enim sunt. que nobiscum diu permanere non possunt. fallaces sunt que mentis nostrae inopiam non expellunt. Sole autem divitiae verae sunt. que nos divites virtutibus faciunt. Si ergo fratres karissimi esse divites cupitis. veras divitias amate. Si culmen veri honoris queritis. ad caeleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis. in illa superna angelorum curia adscribi festinate. Verba dei que aure percipitis. mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei. et quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur. quando auditus sermo in ventre memoriae non retinetur. Sed quisquis alimenta non retinet. huius profecto vita desperatur. Aeternae ergo mortis periculum formidate si cibum quidem sanctae exortationis accipitis sed verbi vitae id est alimenta iustitiae in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis. et ad extremum iudicium sine ulla momenti interpositione cottidie volentes nolentesque properamus. Cur ergo amatur quod relinquitur. cur illud neglegitur quo pervenitur. Mementote quod dicitur. Si quis habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant. sed qui cunctis aures habentibus. Si quis habet aures audiendi